

BELLVM SPARTACIVM



EX FLORI
'EPITOME RERVM ROMANARVM'
ET PLVTARCHI
'VITIS PARALLELIS'



*Iōannēs Paulus Ferdinandī Flūminis sīve Murgēnsis
modō Iōhannis Oerbergis composuit
additāmentum capitulī LIII methodī LLPSI*

Hoc opus consignatum est sub Creative Commons diplomate



DE BELLIS SERVILIBVS

[*Ex Flōrī 'Epitomē Rērum Rōmānārum' II, cap. VII*]

epitomē -ēs *f* = breviārium

- Primum servile bellum inter initia urbis, Herdoniō
duce Sabīnō, in ipsā urbe temptātum est, cum occupātā
5 tribūnīciīs sēditiōnibus cīvitāte Capitōlium obsessum
tribūnīcius -a -um < tribūnus
est et ā cōnsule receptum; sed hic tumultus magis fuit
ā *P. Valeriō Publicolā* cōnsule
quam bellum. Mox imperiō per dīversa terrārum occu-
(inter pugnam interfectō)
pātō, quī crēderet Siciliam multō cruentius servīlī quam
occupātō: possessō
Pūnicō bellō esse vāstātam?
- 10 Terra frūgum ferāx et quōdam modō suburbāna prō-
vincia lātifundiīs cīvium Rōmānōrum tenēbātur. Hic ad
cultum agrī frequentia ergastula catēnāfīque cultōrēs
māteriam bellō praebuēre. Sȳrium quīdam nōmine Eu-
nus — magnitūdō clādium facit ut meminerimus — fā-
15 nātīcō furōre simulātō dum Sȳriae deae comās iactat,
ad lībertātem et arma servōs quasi nūminum imperiō
concitāvit; inde ut dīvīnitus fierī probāret, in ōre abditā
nuce quam sulphure et igne stīpāverat, lēniter īnspīrāns
flammam inter verba fundēbat. Hoc mīrāculum prīmō
20 duo mīlia ex obviīs, mox iūre bellī refrāctīs ergastulīs
sexāgintā amplius mīlium fēcit exercitum; rēgiīsque, nē
quid malīs deesset, decorātus īnsignibus castella, vīcōs,
oppida miserābilī dīreptiōne vāstāvit. Quīn illud quo-
que ultimum dēdecus bellī, capta sunt castra praetōrum
25 — nec nōmināre ipsōs pudet: castra Manliī, Lentulī, Pī-
sōnis, Hypsaeī. Itaque quī per fugitīvāriōs abstrahī de-
ferāx -ācis (+*gen*) = ūber
lātīfundium -ī *n* = lātus *fundus*
(= praedium)
ergastulum -ī *n* = carcer rūsticus
catēnāre = catēnīs vincīre
cultor -ōris *m* = quī agrum colit
annō 132 a.C.
fānātīcus -a -um = īnsānus, fu-
rōre dīvīnō correptus
Sȳriae deae: prō Sȳriā deā (Der-
cetī)
sulpur -uris *n* = terrae genus fa-
cile ignem concipiēns
stīpāre = implēre | īn-spīrāre
re-fringere -frēgisse -frāctum =
effringere
rēgiīs īnsignibus decorātus
dīreptiō -ōnis *f* < dīripere
quīn = immō, quod plūs est
fugitīvārius -ī *m* = homō quī
servōs fugitīvōs reducit

buissent, praetōriōs ducēs profugōs proeliō ipsī sequēbantur.

Perperna -ae *m*
supplicium sūmere de aliquō:
aliquem supplicium dare
Henna -ae *f*, urbs Siciliae

compēs -pedis *f* = vincula quibus servōrum pedēs vincuntur
ovātiō -ōnis *f* (< ovāre) = minōris triumphī genus

annō 104 a.C.
re-spirāre | ĩnsula: Sicilia
Cilicēs -um *f* = Cilicia
Athēniō -ōnis *m*
sub signīs: in aciē

purpureus -a -um < purpura

redimīre = *corōnāre* (< corōna)
ille fānāticus: Eunus
cōn-flāre = compōnere, efficere

saevīre < saevus

ūsus = *experientia* (< experīrī)

ad extrēma: ad mortem
com-minuere = minuere

exigere = exposcere
quam-vīs (+*con*) = quamquam

rīxārī < rīxa

Tandem Perpernā imperātōre supplicium dē eīs sūptum est. Hic enim victōs et apud Hennam novissimē ob- 30
sessōs, cum fame, ex quā pestilentīā, cōnsūmpsisset, rē-
liquiās latrōnum compedibus, catēnīs crucibusque pūnī-
vit; fuitque dē servīs ovātiōne contentus,
nē dignitātem triumphī servīlī ĩnscrīp-
tiōne violāret.

compēs —  35

Vixdum respirāverat ĩnsula, cum statim Servīliō prae-
tōre ā Syrō redītur ad Cilicem. Athēniō pāstor, interfectō
dominō, familiam ergastulō līberātam sub signīs ōrdinat.
Ipse veste purpureā argenteōque baculō et rēgium in
mōrem fronte redimītā nōn minōrem quam ille fānāticus 40
prior cōnflāvit exercitum, ācriusque multō, quasi et il-
lum vindicāret, vīcōs, oppida, castella dīrīpiēns, in ser-
vōs ĩnfēstius quam in dominōs quasi in trānsfugās sae-
viēbat. Ab hōc quoque praetōriī exercitūs fūsī, capta
Servīlī castra, capta Lūcullī. Sed Titus Aquilius Perper- 45
nae ūsūs exemplō, interclūsum hostem commeātibus
ad extrēma compulit, comminūtāsque cōpiās fame armīs
facile dēlēvit: dēdidissent sē, nisi suppliciōrum metū
voluntāriam mortem praetulissent. Ac nē dē duce qui-
dem supplicium exigī potuit, quamvīs vīvus in manūs 50
vēnerit, quippe dum circā adprehendendum eum mul-
titūdō contendit, inter rīxantium manūs praeda lacerāta
est.

DE BELLO SPARTACIO

Spartacius -a -um < Spartacus

55 [Ex Flōrī 'Epitomē Rērum Rōmānārum' II, cap. VIII]

Bellum Spartacō duce concitātum quō nōmine appellem nesciō, quippe cum servī militāverint, gladiātōrēs imperāverint, illī infimae sortis hominēs, hī pessumae, auxere lūdibriīs calamitātem. Spartacus, Crixus, Oenomaus effrāctō Lentulī lūdō cum trīgintā aut amplius eiusdem fortunae virīs erūpēre Capuā; servisque ad vexillum vocātīs, cum statim decem mīlia amplius coissent hominum, nōn modō effūgisse contentī, iam et vindicārī volēbant.

annō 73 a.C.

pessimae (sortis)

ex lūdibriīs in calamitātem

coissent: coissent

65 Prīma sēdēs velut āra virīs mōns Vesuvius placuit. Ibi cum obsidērentur a Clōdiō Glabrō, per faucēs cavī montis vītineīs delāpsī vinculis, ad imās eius descendere rādīcēs et, exitū inviō, nihil tāle opīnantis ducis impetū castra rapuerunt, inde alia: castra Varēniāna, castra deinceps Thorānī, tōtamque pervagārunť Campāniam. Nec villārum atque vicōrum vāstātiōne contentī, Nōlam atque Nūceriam, Thūriōs atque Metapontum terribilī strāge populantur.

āra = asyllum

vītineus -a -um = ex vīte factus
opīnārī = arbitrārī, putāre
: impetū castra ducis nihil tāle
opīnantis (: quī tāle fierī nōn
posse opīnābātur) rapuerunt

per-vagārī = invādere

vāstātiō -ōnis f < vāstāre

Affluentibus in diem cōpiīs, cum iam esset iustus exercitus, ē vīminibus pecudumque tegumentīs inditōs sibi clipeōs et ferrō ergastulōrum recoctō gladiōs ac tēla fēcērunť. Ac nē quod decus iustō deesset exercitui, domitīs obvīs etiam gregibus parātur equitātus, captaque de praetōribus īnsignia et fascēs ad ducem dētulēre.

vīmen -inis n = multitudō virgārum
mollium collīgātārum
tegmentum -ī n = id quod tegit
re-coquere -xisse -ctum

80 Nec abnuit ille dē stipendiārīō Thrāce mīles, dē milite

ab-nuere = recūsāre
stipendiārīus -a -um = quī stipendium solvit
Thrāx -ācis adi < Thrācia (prōvincia stipendiāria)

dēsertor -ōris *m* = mīles quī e-
xercitum dēsereuit
: fūnera ducum quī in proeliō
dēfūctī sunt
imperātōrius -a -um < imperā-
tor
dē-pugnāre = pugnāre (inter du-
ōs)
expiāre = lūstrāre
mūnerātor -ōris *m* = quī mūnus
(= lūdum) gladiātōrium edit

turpitūdō -inis *f* < turpis

myrmillō -ōnis *m* = gladiātor
(: Spartacus)
Rōmānī cōnsurgunt
Marcus Licinius Crassus

angulum: sinum
clūsī: clausī
nāvīgium -ī *n* = nāvis
sup-petere = sufficere
cō-nectere -xuisse -xum = inter
sēnectere, coniungere
virgula -ae *f* = parva virga
experīentur: ascendere temptā-
rent
missiō -ōnis *f* = licentia vivendī
gladiātōrī sauciō data a populō;
sine missiōne = ad certam mor-
tem, sine spē



dōlium -ī

parallēlus -a -um = invicem com-
parātus; Plutarchus 'Vītās Para-
llēlās' librō suō titulum dedit,
cum vītās bīnōrum īnsignium
virōrum comparāret: ūnūs
Graecī cum alterō Rōmānō
vāstitās -ātis *f* = vāstitiō

dēsertor, inde latrō, deinde in honōre vīrium gladiātor.
Quī dēfūctōrum quoque proeliō ducum fūnera impe-
rātōriīs celebrāvit exsequiīs, captīvōsque circā rogum
iussit armīs dēpugnāre, quasi plānē expiātūrus omne
praeteritum dedecus, sī dē gladiātōre mūnerātor tum 85
fuisset. Inde iam cōsulārēs quoque aggressus in Ap-
pennīnō Lentulī exercitum cecidit: apud Mutinam Gāiī
Cassiī castra dēlēvit. Quibus ēlātus victōriīs dē invāden-
dā urbe Rōmānā — quod satis est turpitūdīnī nostrae —
dēlīberāvit. 90

Tandem enim tōtīs imperiī vīribus contrā myrmillō-
nem cōnsurgunt pudōremque Rōmānum Licinius Cras-
sus asseruit, ā quō pulsī fugātīque — pudet dīcere hos-
tēs — in extrēma Italiae refūgērunt. Ibi circā Bruttium
angulum clūsī, cum fugam in Siciliam parārent neque 95
nāvīgia suppetere, ratēsque ex trabibus et dōlia cōnexa
virgulīs in rapidissimō fretō frūstrā experīentur, tandem
ēruptiōne factā dignam virīs obiēre mortem et, quod sub
gladiātōre duce oportuit, sine missiōne pugnātum est.
Spartacus ipse in pīmō agmine fortissimē dīmīcāns, 100
quasi imperātor, occīsus est.

SPARTACVS ET CRASSVS

[*Trānslātum ex Plutarchī librī 'Vītārum Parallēlārum'*
capitulō dē vitā Marcī Crassī]

At gladiātōrum mōtus et vāstitās Italiae quae inde 105
secūta est, quam multī bellum Spartacium nōinant, ex


huiusmodi est causa orta. Lentulus quīdam Batiātus
 Capuae gladiatōrum familiam alēbat; hī magna ex parte
 Gallī erant et Thrācēs, quī nūllum ob scelus, sed iniuriā
 110 rīis dēpugnārent. Eōrum ducentī dē fugā cōnsilium iniē-
 re. Quō dētēctō septuāgintā octō quī id rescīverant prae-
 vērunt atque ex popīnā quādam cultrīs coquīnariīs
 verubusque correptis ērūpērunt ex oppidō. Offendērunt
 in itinere plaustra quae arma gladiatōria ad aliud oppi-

115 dum portābant. Haec rapuērunt armāvēruntque sē. Occupātō autem firmō praesidiō,
 ducēs trēs legēre quōrum fuit Spartacus p̄rimus, ex Thrāciā ortus dē genere
 eōrum quī incertīs habitātiōnibus vagandō


120 Nomadum nōmen meruēre. Fuit hic nōn solum animō et vīribus ingēns, sed et suprā condiōnem
 suam prūdēns modestusque, magis et ad Graecōs mōrēs
 compositus quam prō nātiōne suā. Eius āiunt, cum p̄rimum
 Rōmam vērālis ductus est, dracōnem dormientis
 125 circumiectum faciem vīsum. Uxor autem populāris Spartacī,
 fātidica et nūmine afflāta Liberī patris, annuntiāvīt

130 eā rē ingentem potentiam horrendamque, quae dēsītūra
 in laetum exitum esset, portendī. Haec tunc quoque cum
 eō erat et comitābātur fugientem.

huius(ce)modi *adv* = s̄c



verū -ūs *n* (*abl* -ubus)
 re-sciscere -ivisse -itum = cognoscere, intellegere
 prae-venire
 popīna -ae *f* = locus ubi cibum et p̄tioniēs p̄blicē vēnduntur
 coquīnarius -a -um < *coquīna* -ae *f* = locus in quō coquitur
 of-fendere -disse -ēsum = (in-exspectātum) invenire



pl
 plaustrum -ī *n*

habitātiō -ōnis *f* = locus ubi quis habitat
 Nomadēs -um *m*
 condiō = status (servī)

dracō -ōnis *m* = serpēs circum-icere; faciem eius dormientis dracōnem circumiectum esse visum *est*.
 populāris -e = grātus populō
 fātidicus -a -um (< fātum) = quī futūra praedicit
 af-flāre = īnspirāre (animōs)
 an-nuntiāre = nuntiāre
 dēsīturus *part fut* < dēsinerē



dracō -ōnis *m*



Liber, deus vīnī (= Bacchus)

barbaricus -a -um < barbarus

habēbat ascēsum ... rūpēs
ascēsus -ūs *m* < ascendere
ob-sēpīre -psisse -ptum = clūdere
ab-ruptus -a -um = praeceps
crepīdō -inis *f* = saxum prōmi-
nēns | lābrusca -ae *f* = vītis
superficiēs -ēī *f* = sōlum
vestīre = operīre
palmes -itis *m* = vītis rāmus
com-PLICARE = cōficere (colli-
gandō)
supernē *adv* = dē parte superioriē
plānitiēs -ēī *f* = locus plānus

ea: arma

bubulcus -ī *m* = quī bovēs cūrat
et agit, arātor
pernīx -īcis = vēlōx et fortis
ag-gregāre = gregī adiungere
antecursor -ōris *m* = mīles quī
exercitum praecēdit

cōnsiliārius -ī *m* = homō quī duc-
cī cōnsilium dat

Salīnae -ārum *f*, forum

impedimentum = sarcina exer-
citūs

īn-sistere -stitisse = pergere

Fugāvērunt primum eōs quī ex Capuā ipsōs persequē-
bantur. Ibi armīs multīs bellicīs potītī, laetī sūmpsērunt 135
haec, ac gladiatōria, ut foeda et barbarica, abiēcēre. Inde
Clōdus praetor contrā hōs ex urbe cum tribus mīlibus
mīlitum missus est. Obsidente illō servōs in monte, quī
ūnum habēbat asperumque et angustum ascēsum, quem
obsēpserat statiōne, cēterīs partibus abruptās rūpēs atque
crepīdinēs, frequentī autem lābruscā erat in superficiē 140
vestītus; ex eā palmitēs quī esse ūsui possent secuērunt,
scālāsque complicāvērunt validās et longās, ut supernē
ex rūpe suspēnsae pertinērent ad plānitium. Hīs sine pe-
riculō descendērunt praeter ūnum quī armōrum dēicien-
dōrum causā remānsit. Ubi descendērunt, dēmisit ea,
inde omnium postrēmus ēvāsit ipse quoque. Haec latu- 145
ērunt Rōmānōs, quārē adortī eōs sunt ac repentinō ad-
ventū perculēre, pulsīsque hīs castra cēpēre. Frequentēs
ibi eius regiōnis bubulcī pāstōrēsque, strēnuī vīrī et per-
nīcēs, aggregāvērunt sē ad illōs, quōrum partim armā-
vērunt, partim prō antecursōribus et levī armātūrā sunt 150
ūsī. Alter inde adversus eōs dux mittitur P. Varīnus,
cuius prīmō lēgātum Fūrium cum duōbus mīlibus mīli-
tum congressum signīs collātīs prōflīgāvērunt. Hinc
cōnsiliārium eius et collēgam Cossinium cum validā
manū missum nihil propius factum est quam ut lavantem 155
ad Salīnās Spartacus circumvenerit et oppresserit. Quem,
cum aegrē et difficulter aufūgisset, extemplō exuit impe-
dīmentīs, ac vestīgīis īnstitit magnā caede persequī cas-
traque eius expugnāvit. Cecidit etiam Cossinius. Ipsum

- 160 etiam praetorem crebris aliis proeliis fudit. Cēpit denique lictōrēs eius et equum. Unde ingēns iam et formidabilis erat. Vērumtamen instituit cōsiliū suū sapienter. Cum enim opēs Rōmānās opprimere diffīderet sē posse, mōvit cum exercitū versus Alpēs, cēnsuitque iīs
- 165 superātis domum cuique abeundum, aliis in Thrāciam, aliis in Galliam. At illi numerō subnīxi et elāti animis nōn auscultābant eī, sed in Italiam populābundī percursābant. Igitur nōn amplius indignitās et turpitūdō rebellīōnis sollicitāvit senātum, vērum ob metum et periculum
- 170 quasi ad ūnum ex gravissimis et māximis bellis ambōs cōsulēs mīsī; quōrum Gellius cohortēs Germānicās contēptū et arrogantīā dīvulsās ā Spartaciis repentinō adventū omnēs oppressit. Lentulus magnis cōpiis circumvallāvit Spartacum, quī huius lēgātōs adortus pugna commissā fudit atque omnibus exuit impedimētis. Con-
- 175 tendentī ad Alpēs Galliae circumpadānae occurrit praetor Cassius decem milibus militum, atque acie fūsus multos milites amīsī, ipse aegrē fugā quaesivit salutem.
- Hīs nūntiātis senātus infēnsus iussit cōsulibus nihil prō imperiō agere, et bellum Crassō mandāvit. Eum
- 180 multī ex nobilitate auctoritātis eius et amicitiae causā secūtī sunt. Hic prō agrō Pīcēnō cōnsēdit tendentem illū Spartacum exceptūrus. Lēgātum Mommiū cum duābus legiōnibus circummīsī imperāns ut hostēs sequeretur, signa nōn cōferret neque lacesseret eōs. Ille
- 185 vērō, ut primum oblāta spēs est, manum cōnseruit et fūsus est. Multī cecidēre, multī abiectis armis fuga salutem

formidabilis -e < formidō

vērum-tamen = quīn etiam

cum diffīderet sē opprimere posse
versus +acc= ad

abeundum esse

sub-nīxus -a -um = frētus

auscultāre = obsequi, parere
populābundus -a -um = quī populātur
per-cursāre = percurrere iterum iterumque
rebelliō -ōnis f< rebellāre

quōrum cōsulēs

contēptus -ūs m< contemnere
arrogantia -ae f= superbia eius
cui bona nōn sunt
dī-vellere -isse -vulsum = seiungere

circum-padanus -a -um = circum flūmen Padum
cum decem milibus militum

exceptūrus part fut < excipere :
ad excipiendum
circum-mittere

lacessere = ad pugnam prōvocāre

spōnsor -ōris *m* = quī spondet

decuria -ae *f* = numerus decem
mīlitum
forte: sorte
multāre = pūnīre
decimātiō -ōnis *f*
longō intervāllō: post longum
intervāllum
redūxit: restituit
īnfāmia -ae *f* < īnfāmis
īn-spectāre = attentē īnspicere

Cilicēs -um *adi* < Cilicia
nancīscī nactum = invenīre (for-
te)

nōn ita dūdum sōpītum: a. 103
Athēniō pāstor bellum servīle
secundō in Siciliam concitāvit
fōmes -itis *f* = māteria *igneā* (= quae facile incendi potest), cal-
cār | re-suscitāre
im-pōnere = dēcipere
Rēgīnī -ōrum *m*


sub-icere = praebēre

opīniō -ōnis *f* < opīnārī

cervīx -īcis *f* = *isthmus -ī m* (= terra angusta inter duo maria)

excitāre = ērigere
fīrmitās -ātis *f* < fīrmus
flocus -a -um = nūllūs pretiī;
flocī pendēre = parvī aestimare

petiēre. Crassus ipsum Mommium asperē increpuit, mī-
litēs iterum armāns spōnsōrēs exēgit arma nōn āmissū-
rōs. Quīngentōs prīmōs, ā quibus initium fugae ortum
fuerat, in quīnquāgintā decuriās dīvīsī; ex hīs decimum 190
quemque forte ductum morte multāvit. Quod vetus sup-
pliciī genus decimātiōnem dictam longō intervāllō re-
dūxit in exercitum. Huic enim generī poenae adiūncta
īnfāmia est, īnspectantibusque omnibus horrendum et
trīste spectāculum ēditur. Ita corrēctīs mīlitibus dūxit 195
in hostem. At Spartacus cessit per Lūcāniam ad mare. In
fretō nāvīgia praedātōria Cilicum nactus, animum adiē-
cit ad temptandam Siciliam, ac duōbus mīlibus armātō-
rum in eam īnsulam coniectīs bellum servīle illīc dēnuō
concitāvit, quod nōn ita dūdum sōpītum facile potuit 200
exiguō tantum fōmite resuscitārī. At Cilicēs īntō cum eō
pactō mūneribusque acceptīs imposuērunt eī ac subdū-
xērunt sē. Ita recēpit sē ā marī atque in Rēgīnōrum cōn-
sēdit paenīnsulam. Ibi supervēnit Crassus, quī vidēns
natūram locī subicientem quod faciendum esset, faucēs 205
mūrō īnstitit saepīre, simul ut ōtium mīlitibus et hostibus
commeātūs facultātem adimeret. Quod, etsī grande esset
et labōriōsum opus, brevī spatiō tamen praeter omnium
opīniōnem perfēcīt et absolvit, fossamque ex marī in
mare per cervīcem trīgīntā septem mīlia quīngentōs pas- 210
sūs longam, lātā et altā quīndecim pedēs dūxit. Su-
per fossam mūrū excitāvit mīrā altitūdine et fīrmitāte.
Ea Spartacum prīmum flocī pendēbat et contemnēbat.
Ubi vērō dēficiēte praedā, cum vellet prōgredī, advertit

- 215 sē interclūsum mūrō, neque ex paenīnsulā quicquam interclūsum esse
capere valuit. Noctem nive īnfēstam ac ventō procellō- procellōsus -a -um < procella
sam prō sē capiēns, exiguam partem fossae complēvit noctem capiēns: occāsiōnem
humō, māteriā et arborum rāmīs, ac tertiam partem noctis capiēns, nocte ūtēns
exercitūs trādūxit.
- 220 Hīc timuit Crassus nē impetū Spartacus Rōmam rape- seorsum *adv* = *sēiūntim* (< sē-
ret; vērum cōnfirmātus est quod multī ex dissēnsiōne iungo)
dēscīvissent ab illō et castra seorsum super stāgnō Lū- hoc: stāgnum
cānō posuissent. Hoc certīs temporibus variārī ferunt variārī (< varius) = mūtāre
ac modo dulce, modo salsum nec pōtābile fierī. Eōs salsus -a -um = quī sāl habet
225 Crassus adortus reppulit ā stāgnō, sed nē dēlēre eōs vel pōtābilis -e = quī pōtārī potest
cōnsectārī posset per supervenientem properē Sparta- : factum est nē ...
cum et fugam sistentem factum est. Paenituit autem eum cōn-sectārī = cōnsequī
quod senātui scrīpsisset, Lūcillum ex Thrāciā et Pom- sistere = cōstituere
pēium ex Hispāniā ut excīrent, mātūrābatque ante illō-
rum adventum patrāre bellum; quod scīret fore ut eī quī at-tribuere = dare (culpaē/laudī)
sibi adiūctus esset et subvēnisset, nōn sibi attribuerētur certus (: dēcrētus) aggredī
decus. Certus igitur illōs quī dēfēcerant et seorsum po- dēfēcerant ā *Spartacō*
suerunt castra, quōs C. Cannicius et Castus dūcēbant,  galea -ae f
aggredī, mittit sex mīlia mīlitum ad occupandum collem
235 quendam. Hīs imperat ut quam possint occultissimē iter con-texere -texuisse -textum =
faciant. Quī studentēs hostem fallere galeās frondibus simul *texere* (= filō nectere)
contexuēre; cōspectī autem ā duābus mulieribus, quae hostium: Spartaciōrum
sacrificābant ante castra prō salūte hostium, in periculō
fuissent nī celeriter interveniēns Crassus pugnam com-
240 mīssisset multō ācerrimam, in quā duodecim mīlibus tre-
centīs caesīs sōlōs duōs invēnit quī āversa vulnera habē-
rent, reliquī in aciē omnēs stantēs et dīmīcantēs cum
aversus -a -um (< avertere) = ā
tergō

oc-cumbere -cubuisse -cubitum
= occidere

Scrōfa -ae *m*

in-haerere = proximus esse
carpere = rēcedentem hostem in-
sequi ac dēbilitare

spīritus -ūs *m* = superbia; nimiōs
spīritūs f. fugitīvīs: nimis super-
bōs f. fugitīvōs
fugitīvīs: Spartaciīs
ultrā = amplius, plūs
dē-trectāre = vītāre

Crassus dūcēbat (: faciēbat)

plūribus *Rōmānīs ad dēfenden-*
dum affluentibus
cernēns: vidēns, animadvertēns

explicāre=ōrdināre(extendendō)

admōtum equum cōnfōdit

cōn-fodere -fōdisse -fossū =
trānsfīgere
impressiō -ōnis *f*(< imprimere)
= impetus quī premendō fit
as-sequi = cōsequi

quam-vīs = etsī

Pompēiī victōriae glōria

Rōmānīs occubuēre. Spartacum, post hōrum clādem re-
cipientem sē ad montēs Petēlīnōs, Quintus Crassī lēgā-
tus et quaestor Scrōfa tergō inhaerentēs carpēbant. Vē- 245
rum ubi ille agmen tandem convertit, foedē fūgērunt
Rōmānī atque aegrē sauciō ēreptō quaestōre incolumēs
ēvāsēre. Haec victōria, quod nimiōs spīritūs fēcisset fu-
gitīvīs, perdidit Spartacum. Nōlēbant enim ultrā pugnam
dētrectāre neque dūcibus dīctō erant audientēs, sed in 250
itinere armīs cīnctōs coēgērunt retrō per Lūcāniam dū-
cere in Rōmānōs, cupidī cum Crassō congregdī. Iam enim
adesse nūntiābātur Pompēius. Frequentēs autem iam iac-
tābant in cōntiōnibus ad illum pertinēre huius palmam
bellī, quem, simul atque hostem vīdisset, pugnatūrum et 255
dēbellatūrum. Mātūrāns igitur cum hostibus dīmīcāre ac
castrīs hostium castra cōnferre, dūcēbat fossam ad quam
ēruptiōne factā servī infestābant operī intentōs. Plūribus
semper hinc inde affluentibus, cernēns Spartacus neces-
sitātem omnēs cōpiās explicāvit. Prīmum strictō gladiō 260
admōtum equum, fātus ‘victōrem multōs sē et eximiōs
hostium equōs habitūrum, sīn victus esset nōn fore sibi
eō opus’ cōnfōdit. Deinde impressiōne factā per tēla mul-
ta et vulnera Crassum petēns illum nōn est assecūtus,
vērūm duōs centuriōnēs quī manūs cum eō cōnseruēre
interēmit. Postrēmō effūsīs in fugam iīs quī circā eum 265
erant, dum ipse locum tenet et hostium globō cingitur,
pugnāns trucīdātur. Quamvīs autem Crassus fortunā
ūsus est secundā bonīque imperātōris et mīlītis strēnuī
mūnus praestitit, victōriae tamen nōn fuit Pompēiī glōria

270 exsors, sīquidem quī ex proeliō fūgērunt ab illō fuerunt
oppressī. Unde senātui scrīpsit ‘fūsōs quidem ā Crassō
signīs collātīs fugitīvōs, sē vērō rādīcēs bellī excīdisse.’
Pompēius igitur dē Sertōriō et Hispānīs clārum trium-
phum dūxit, Crassus triumphum nē ipse quidem susti-
275 nuit petere, etiam ovantem ex bellō servīlī iniisse urbem
abiectum vīsum et pūtīdum.

ex-sors -sortis = sine sorte
illō: Pompēiō

rādīcēs: orīgō

sustinuit: ausus est

ab-iectus -a -um = vīlis
vīsum *est*
pūtīdus -a -um = quī malī odōris
est (: foedus)



Marcus Licinius Crassus